



**Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

Privilegium XLVIII. Abbates Monasteriorum habent jurisdictionem  
ordinariam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

## PRIVILEGIUM XLVIII.

Abbates Monasteriorum ha-  
bent jurisdictionem ordi-  
nariam.

1. Quanam dicitur ordinaria jurisdictione.
2. Fundamenta, ex quibus demonstratur compet-  
tencia ordinariam jurisdictionem.
3. Novitii pertinent ad jurisdictionem Abbatis.
4. Jurisdictionem potest Abbas delegare, & in se-  
gura judicice exercere.
5. Abbas quid possit quando crimen meretur de-  
positionem.
6. Abbates exempti habent in suis Regulares ju-  
risdictionem quasi Episcopalem.
7. Ideo diuersam in irregularibus & casibus  
oculisti.

**I**urisdictionem ordinariam tam in *Criminali-*  
bus quam *Civilibus* causis, sive circa regularia  
statuta sive circa alia negotia in Regula non  
comprehensa agatur, compete Abbatis in  
suis Religiosos iquid ex jure demonstrari pos-  
tetur. Et enim ordinaria jurisdictione illa ex mente  
omnium DD. appellatur, quae competet ex officio  
& jure Magistratus, daturque vel a lego scripta,  
vel a consuetudine, vel a Principe, aut Repub. vel  
Collegio honesto non restringe ad unam vel al-  
teram particulari casam (sicut in Judice delo-  
gato) sed perpetuo toto scilicet officii tempore,  
ita ut talen jurisdictionem habens ordinariè  
tanquam Judex adiutor possit.

Videamus nunc, an hæc omnia circa jurisdi-  
ctionem Abbatis competentem concurrent. Et in primis clarum est, quid talen jurisdictionem  
ibi vindicent Abbates ratione sui officii ma-  
gistratus & superioritas quam gerunt perpetuo  
super suos Religiosos & nos sit ipsis in uno vel  
altera particulari causa commissa.

Secundum datur hæc jurisdictione de lege & qui-  
dem primius *Divina*, quæ præcipue Prælatis  
ligandi solviendique potestatem concessit, ut probat  
Tambi de tur. Abb. tom. 2. disp. 7 q. 3. Dicione  
verò & apertius ex lege Canon. scripta ex qua Ab-  
batis conceditur potestas excommunicandi,  
quæ unique magnam jurisdictionem & cogni-  
tionem super auditis causis supponit cum excom-  
municatio sit de majoribus poenis Ecclesiasticis

c. cl. ab Ecclesiistarum, & c. quanto. de Off. Or-  
din. c. sicut tuus de Simon. c. cl. in Ecclesiis. 10 a.  
Maior & obed. signante in e. ea qua de stat. Mo-  
nach. dicitur, quod Abbas possit punire & corri-  
gere Monachos, secundum Regulam & Aposto-  
lica instituta, adeoque etiam tanquam Jux &  
si extra Regulam delinquent, & arguitur ex Conc.  
Trid. 1. 2. de Reg. c. 14. Item in e. suscepimus. &  
in e. sicut ex litterarum de Homi. Prælatus Regu-  
laris cognovit & sumpsit informationem super  
homicidio, & que & non Episcopo Pontifex  
quid facientium sit, rescripsit, cum tamen homi-  
cidium non sit culpa in Regula comprehensa.

Tertiò hanc jurisdictionem habent Abbates  
ex consuetudine ita enim *Navar.* Cons. 6. de For-  
comp. & comment. 2. de regul. super Canon. non  
dissent. n. 63. restatur si nullum vidiss. Mona-  
sterium, in quo privilegio vel consuetudine non  
sit ostentatum, ut Prælatus non tantum cognoscat  
de illis, que tangunt regulam, sed universum de  
omnibus.

Quartù hæc jurisdictione data est à *Principe*  
Ecclesiastici status scil. Romano Pontifici, qui Re-  
ligiosorum Ordines & Prælatorum iurisdictiones  
approbavit, ius eligendi Abbatem concessit  
& Regulam confirmavit, proinde sicut in Re-  
gula S. Benedicti habetur, ut Abbas possit de  
majoribus culpis, de fratribus incorrigibiliibus  
penas statueret, excommunicationem ferre, ita  
id ipsum à S. Pontifice Regulam confirmante  
concessum intelligi debet, alias enim non con-  
cessisset Pontifex in d.c. en quæ. de stat. Monach.  
ut Abbas delinquentes corrigit secundum Regu-  
lam S. Benedicti.

Quintus qui à Collegio honesto eligitur, & eis  
dem præficitur, habet jurisdictionem ordinari-  
am saltem in civilibus in eos, qui sunt de Colle-  
gio L. fin. C. de Iuris. om. jud. atque Religiosi eli-  
gerunt Abbatem, cumque vice Dei super caput  
suum posuerunt, & si Religiosus 27. de Elect. in 6.  
ergo, &c.

Extenditur hæc jurisdictione etiam ad Religio-  
nis Novitios, ut & isti non coram Judice ex-  
culari, sed Abbate conveniri debeant, quamvis  
enim verè Religiosi adhuc non sicut, censevur  
tamen de corpore. Monasterii, & per longæ Eco-  
lesiastice, cum sint in via ad professionem,  
sicut alias cingendus pro cincto habetur erg.  
e. Religioso. de Sent. excom in e. L. pen ff. de Mil.

12 testam.

testam. Navar. de foro compet. conj. 5. § 6.  
Tamb. de l. Abb. tom 3. disp. 6. q. 28.

Potò cùm , ut de non ultraatum , jurisdictione  
Abbatum sit ordinaria , ea & delegati sive per  
Commissionem exerceti L. 2. de juriud. L. un. C.  
Qui pro sua iurisid. (de delegatione lege in thesi-  
bus de Foro comp. e. 1. §. 2.) item & figura judicij,  
seu usitatus Tribunalium stulos adhiberi recte  
poterit, quia Ordo judicinarius non ad ampliationem  
jurisdictionis, sed favorem publicum, ne ex  
precipitatione iniquitas committatur, introdi-  
ctus est , latè hanc materiam examinavit & se-  
cundum dicta decidit Panor. in e. si quis contra.  
4. de For. comp. n. 42. & seqq.

Licer veò communiter teneant DD. quòd  
Abbates non possint delinqüentibus religiosis  
penam depositionem vel degradationem infligere,  
cùm auferre ordines videatur habere aliquam  
connectionem & dependentiam à potestate ordini-  
nis Episcopalis, ut cùm Panor. in d. e. sequ. n.  
43. tradit Barbola de Offic. Ep. p. 3. alleg. 110.  
n. 25. cùm Sylv. Bonacina & aliis. Possunt  
tamen in primis cognoscere de qualitate facti, an  
merita depositionem, sicut quilibet Judge co-  
gnoscere potest , an sua sit jurisdictione L. sequi  
ex aliena ff. de Iudic. L. 2. ff. Si quis in ius voc.  
e. super litteris. de rescript. & diximus de Foro  
compet. Deinde illud hic maxime est adver-  
tendum , quòd Antiqui Canones propter rigo-  
rem primitivæ Ecclesiæ fuerint prouiores ad  
imponendam penam depositionis , qui hodie ut  
plurimum in atrocissimis usu recepti non sunt,  
ut recte monet Bonacina de confus. disp. 4.  
punct. un. Multum notabile est , quòd tradit  
Vallen. ad tis. de Panor. §. 4. in fin. Hodie ex  
generali consuetudine de jure Canon. omnes  
ferè personas factas esse arbitrariorum , & pro dis-  
cretione Judicis (consequenter etiam Abba-  
tis , cùm & is in criminalibus Judge sit) con-  
federatio circumstantias moderari posse, quod  
saltem in delictis non enormissimi & necdum  
data incorrigibilitate , e. cùm non ab homine de  
Iudic. & circa personas regulares (quarum a-  
lias tota vita paenitentia est) admittendum ex-  
cludat facit textus in e. inquisitionis 21. de  
Accusat. ubi dicitur , penas posse juxta perso-  
nas merita & qualitatem excelsus à Judge tem-  
perari, excepta irregularitate, quæ ipso jure con-  
tra facta fuisse.

Circa Abbates exempla prælacionis loca-  
ciale territorium habentes brevia brevia-  
dum est, quid in suis Regulæ, nem una  
Domesticos & familiares Laicos, ac si non  
exemptionis jure libi subiectos jurisdictionem  
quasi Episcopalem habere concesso, ut ea  
quæ ex potestate jurisdictionis (non enim cum  
ordine Episcopali causas) in iure compone-  
Episcopis respectu suorum Diocesanorum etiam  
istis Abbatis concedantur. Encl. Cholies  
de Iuris. Ord. in exempl. p. 4. 9. 20. 1. & 199.  
Si enim cura Monasteriorum exemptionem  
competit Episcopis, nec per s. Tom. ausca  
Commissionis semper commode circumvenient  
neccesse est, quid penes cuiusque Religiosos vel  
Monasterii exempla Prælatorum teleta sunt.  
Tamb. de jur. Abb. tom. 2. disp. 1. n. 1. in Epis-  
copie exemplum pro pauci quotidianis uia post  
Barb. de Offic. Ep. p. 2. alleg. 33. n. 18. numerum  
quid potestas data Episcopis in Councilio  
Trid. s. 24. de Reform. e. 6. ad Abbatis com-  
petit quoque extendatur, ut possint dispensatio  
omnibus irregularitatibus & sufficientiam ex  
delicto occulito provenientibus, excepta ea que-  
tur ex homicidio voluntario & excepta alia deli-  
ctis ad forum contentum, item delinqüentia in  
quibuscumque casibus occuliti siam ipsi Aplo-  
lica referatis absolvere.

Ceterum- qualia undeque potest  
habent Abbates in Religiosos, nimis problemata  
nec hujus instituti forer examineare, vidantur  
integri Tomi, quos de juri. Abbatum Tambi-  
nius conscripsit.

PRIVILEGIUM XLIX.  
Abbates Monasteriorum pol-  
sunt conferre minores Ordines,  
& habent usum Pontificalium  
quorundam.

1. Abbas conferunt minores aliquando eis ad  
benedictionem.
2. Hodie tantum regularibus subditum.
3. Potest tamen ordinare Novitias.
4. Item alienos subditos cum dimisoriis.
5. Abbates querunt Pontificalium eum be-  
neant;

4. illa